Indoloria, siue

Ανωδύνα.

ANodyna à sedando dolore nomen habeat, ac si latinè Indoloria, vt Cælius Aurelianus ait, diceres græcè Paregorica, idest Lenientia, & Mitigantia. Eorum duplex statuitur genus. Alia enim agunt in mentem, eamque abducunt a tristi iudicio. Alia agunt in corpus. Quæ ad corpus pertinent, vel sunt propriè anodyna, nimirum quæ relicto partis sensu, ac doloris causa, eius tantùm molestiam leniunt, suauiter alterando sensorium, & quandam succorum in eo contẽtorum æqualitatem faciendo. Vel impropriè, quorum aliqua doloris causam auferunt, sanantiaque Anodyna appellantur, quorum tot sunt species, quot causarum dolorem efficientium. Alia sensum partis auferunt, vel per se stupefaciendo partem, eiusque calorem extinguendo, vel per accidens inducendo somnum, & Narcotica dicuntur. Propriè Anodyna rursum duplicia sunt. Alia sunt calida in primo partium q, tenuium absque vlla strictione. Alia sunt similiter temperata, vt pars dolens, quæ in hoc similia sunt Suppurantibus, illis nimirum, quod caloris similitudine coctionem adiuuant,

non alijs, quæ vi emplastica caloris effluuium prohibent. Vnde constat perperam à multis (eorum Princeps Capiuaceus est) statui esse emplastica. Hæc Anodyna propria, quæ similem habent cum parte dolente temperiem, quorum census factus est inter pus mouentia, & vberior fieri potest ab eo, qui partis dolentis temperiem rectè æstimauerit. Alia verò Anodyna temperatè sunt calida.

Anodyna propria temperata.

Adeps
- Suillus.
- Gallinaceus.
- Humanus.
- Vitulinus.
- Taxi.

Althæa.
Alicæ cremor.
Amygdalæ dulces.
Anethum.
Aqua tepida.
Butyrum.
Cassiæ fol. pulpa.
Camæmellum.
Caro animalium exenteratorum ad huc calentium.
Ceratum rosatum.
Fœnugræcum.
Farina triticea.

Hy-

Hydrelæum.

Lac [Amyg. dulc.
[Ouillum, &
[Vaccinum.

Lini sem.

Lana succida.

Lilium album.

Malua.

Melilotus.

Muccag. & semen [Malúæ.
Althææ.
Psyllii.
Fœnugræci.

Ius [Arietis.
Castrati.
Intestin. pingue.
Testudinum.
Anguillarum.
è Cochleis.

Omenta animalium.

Ol. [Amigdal. dulc.
Lilij albi.
Anethinum.
Butyri.
Axungiarum.
Camomelli.
Jasminum.
Keirinum.
Oiorum.
Sesaminum.
Visci pomorum.

Sem.

Sem.lini.
Vetus.
Oui vitellus.
Parietariæ ſuccus.
Panis triticeus mediocriter coctus adhuc calens.
Pulmones animalium recens exenteratorum.
Ptiſanæ cremor.
Sapa.
Seſamum.
Seuum [Caprillum. Hircinum. Ceruinum.
Tragi ſuccus.
Viſcus pomorum cum fructu
Verbaſci flor.
Vngu. [Pectorale. Dè Althæa.

In dolore capitis.

Adianthum. [Fronti circumpoſ.
Apparine. [
Cichorea. [
Poligonum. [Coronæ inſtar.
Verbena. [
Plantaginis rad. collo ſuſpenſa.

Den-

Dentium.

Oleum { Buxi.
Cochlearum.
Scarabæorum.
Scorpionum.

Vermes terræ cocti cum axungia anseris.

Colico.

Cranium humanum præpar.
Equi castrati testes pulverizati.

Hæmorrhoidum.

Ol. { de Chrysomelis.
de Vitellis ouorum.
Momordicæ.
D. Limacium.
Rad. Scrophulariæ.

Articulorum.

Ebulus.
Flores cass. solut.
Ol. è sem ebuli.
Sal prunellæ.

Gallico.

Gallico.

Mercurius ritè præparatus.
℞. Mercurij dulc. scrup. 2.
Salfæ in pollinem redactæ dr ß. cum vino f. pilul. pro vna vice.

Somnifera, siue

Υπνώτικα.

SOmnifera a somno conciliando nomen ducunt, cumque fiat somnus vaporis in cerebri anterioribus ventriculis concretione, ea omnia somnum conciliant, quæ largam humiditatem capiti præbent, quæ facilè coire possit, coit autem quicumque vapor siccitatis, & caloris expers. Licirco somnifera duas sortiuntur differentias. Alia enim sola humiditate conciliant somnum, alia etiam caput refrigerant, quo nomine & citius, & firmius concrescit vapor cerebro communicatus, atque hæc vel moderatam habent frigiditatem infra tertium gradum consistentem, vel impensè sunt frigida. Illa retinent suum nomen, ista propriè Stupefacientia dicuntur, quia extincto partis calore eius sensus sopiunt; dicuntur & soporifera quæ omnes sensus alto somno obruunt. Sõnifera humida sunt dumtaxat.

Som-